83 Ad evitandos abusus furnorum Ecclesiasticorum in locis immunibus, nec non ut confugiti non inserviant furnis positis intra Claustra ut plurimum habentes januas correspondentes in viis publicis, & tandem ad evitandas fraudes in præjudicium annonæ civitatis Neapolitanæ, & ad Instantiam Electorum d. civitatis; Sacr. Cong. decrevit, licere Ecclesiasticis, vel retinere proprios furnos intra claustra inserviendos, & exercendos per proprios Ministros, vel illos etiam locare personis sibi benevisis, extra tamen locum immunem: Et Emin. Archiepiscopus & D. Nuncius respective ad proprios subditos procedant ne fraudes committantur, & fraudantes puniat. Ead. Sac. Congreg. Immun. *in Neapolitana* 10. *Martii* 1693. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 30.

FUR, FURTUM.

SUMMARIUM.

1 *Fur, & latro an semper differant, & in quo,* ad num. 6.
7 *Furtum unde dictum, quid, & quotuplex,* ad num. 17.
18 *Furtum, & rapina quando excusetur à culpa gravi.* ad num. 55.
56 *An & quando furta domesticorum, uxorum, maritorum, filiorum, parentum, religiosorum, famulorum &c. sint vera furta,* ad num. 71.
72 *Res furtivæ inventæ apud furem à Judice apprehensum ad quem spectare debeant.*
73 *Ad quid teneatur inventor rei alienæ, ne fur evadat,* ad num. 74.
75 *Subsequuntur plura ad rem,* ad num. 96.
97 *Affertur egregium dictum Canonis de furibus.*
98 *Subnectuntur addit.* ad num. 106.

1 Fur, & latro aliquando snmuntur tamquam synonima, *ut in cap.* Suscepimus 10. *de homicidio*, ubi textus prius vocat, & dicit *latrones*, ibi: *Ingredientes de nocte quidam latrones ad eos*, & postea vocat, & dicit *Fures*, ibi: *Et fures se solvere niterentur*, & sic ibi notat Abbas *in* 1. *notabil. & in cap.* Interfecisti *furem* 2. *de homicid. in* 1. *notabil.* ubi etiam Marian. Soccin. *num.* 2. Fagnan.
2 *in c.* Suscepimus *num.* 2. Aliquando autem fur, & latro sumuntur tamquam quid diversum, *ut in cap.* Interfecisti 2. *de homicid.* ibi: *Interfecisti furem, aut latronem*, ubi, ut vides, textus dicit alternative, *furem*, aut *la-*
3 *tronem*, ut notat Fagnan. *ib. num.* 2. Aliquando vero sumuntur sic, ut dicatur latro, qui stat in silvis, ut spoliet transeuntes, & fur de nocte in domibus; *ut in Authent.* Ut nullus *Judic.* § *Penult. collat.* 9. *& leg.* 1. *Cod. Depos.* & notat Glossa *in cap.* Cum duobus §. Damna, *in verb.* Subreptum: *ff. Pro socio*, Fagnan. *in cit. cap.* Suscepimus *num.* 3. Aliquando tandem *fur* appellatur noc- 4
turnus, & *latro* diurnus, ut post Groffred. notat Butrius *in cit. cap.* Interfecisti *num.* 6. & Joan de Anania *num.* 1. & Cardinal. *in cit. cap.* Suscepimus *in* 1. *notabil.* Hæc tamen differentia confunditur *in leg.* Itaque 5
§. Lex, *ff. ad leg. Aquil. & in cap.* Si perfodiens, 3. *de homicidio*. Ubi Fur appellatur non tantum nocturnus, sed etiam diurnus, ibi: *Si fur nocturnus occidatur, si autem diurnus fuerit, &c.* Unde dicendum est, quod Fur pro- 6
prie appelletur qui clam furatur *ut in leg.* 1. *ff. de furtis*, nec distinguitur, an noctu, vel interdiu, & ita intelligitur textus *in cit. cap.* Si perfodiens :: Latro vero, qui palam furatur, ut per Doct *in Authent.* Sed novo, *Cod. serv. fugit.* Florian. *in leg.* 3. *in princip. ff. ad leg. Aquil.* Fagnan. *in cit. cap.* Suscepimus *num.* 4.

Furtum dicitur *à furvo*, idest *nigro*, eo quod *clam,* 7
& in obscuro fiat, & plerumque de nocte, ut dicitur *in leg.* 1. *in princ. ff. de furtis.* Furtum est occulta, & in- 8
justa rei alienæ ablatio invito rationabiliter Domino. *Est in re communis* apud Theologos; Et concordat textus *in leg.* 1. §. *fin. ff. de furtis*, ibi: "Furtum est contrectatio "rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel "etiam usus ejus, possesionisve." Furti species ordi- 9
narie assignantur quinque, nempe *furtum simplex, sacrilegium, plagiatus, peculatus, & abigeatus. Furtum* 10
simplex est, quod in solo furandi actu sine concurrentia alterius delicti consistit. *Sacrilegium est* quo sacrum de 11
sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro furtim surripitur, textu expresso *in Cap.* Quisquis 21. *caus.* 17. *quæst.* 3. ibi: "Sacrilegium committitur "auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, "sive sacrum de non sacro." *Plagiatus, seu Plagium* 12
est, quo quis dolose surripit hominem sui Juris existentem, vel servum alienum, sive detineat illum, vel vendat, donet, permutet, vel alio contractu, quo dominium rerum transfertur, aliis tradat; *leg.* 1. *& seq. ff. ad leg. Fabiam, de plagiariis.* Hoc crimen, si homo, qui surripitur, est sui juris, non est proprie furtum, quia libera persona sub nullius est dominium; §. *Item Juris, Instit. de inut. Stipul.* Si vero homo, qui surripitur, est sub alterius potestate, vel dominio, tunc est proprie furtum; § Interdum, *Institut. de obl. quæ ex delict. Pecula-* 13
tus est, quo quis pecuniam ad ærarium publicum, aut Fiscum Principis pertinentem, seu communitatis bona publica in suos usus privatos convertit, *leg.* 1. *leg.* 4. *in princip. & §. final. leg.* Sacrilegii §. Labeo, *ff. ad leg. Jul. Pecul. & §.* 9. *Institut. de pub. Jul.* Abigea- 14
tus est fraudulenta ovium, bovum, equorum, & aliorum id genus pecorum ex pascuis, aut armentis, subtractio, & quodammodo deprædatio; *l.* 1. §. 1. *ff. de*
15 *Abigeat.* Dicitur autem notanter *ex pascuis, aut armentis*, quia, si quis oves errantes, vel equos in solitudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed fur potius, *cit. l.* 1. §. 1. *ff. de Abigeis, l.* 47. *tit.* 14. Sic etiam notanter dicitur *subtractio, & quodammodo deprædatio*; quia ad hoc, ut quis dicatur abigeus, non sufficit quod subtrahat, seu surripiat unam ovem, aut unum equum, vel unum bovem, sed requiritur, quod plures surripiat, & quodammodo deprædetur; *Abigeus* enim non est, sed simplex fur, qui de grege ovium minus, quam decem, & de grege porcorum minus, quam quinque abducit, textu expresso *in l. final. ff. de furtis.*

Addunt aliqui sextam furti speciem, nempe *rapinam* 16
sed cum furtum, & rapina specie differant, ut docet communissima DD. cum S Thoma 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 4. non recte hæc illius species constituitur. Ratio autem distinctionis specificæ inter furtum, & rapinam est, quia præter injustitiam furti, scilicet injustam usurpationem rei alienæ, rapina continet aliam speciem injustitiæ circa personam, & honorem proximi. Vim enim alicui inferre est species contumeliæ lædentis honorem proximi. Sic recte notat S. Thomas *loc. cit. art.* 9. & cum ipso alii passim Doctores. ۞ Unde rapina definiri potest, quod 17
sit injusta ablatio, seu contrectatio rei alienæ externæ cum

---

las medidas :: á que el precio del vino se señale por la pública autoridad, á quien toca :: *Auct.* 5. *ejusd.* Habiéndose experimentado muchos, y graves inconvenientes de que no se observe la concordia hecha con las comunidades Eclesiásticas de esta Corte en 17. de Octubre de 1693. (es el Auto anterior) sobre el parage, y forma en que han de tener las tabernas, para vender los vinos de sus cosechas, que ha de ser, teniéndolas en lugar profano, sin dependencia del Sagrado; mandaron se participe á la Sala de Alcaldes, que luego, y sin dilacion se pase á reconocer los sitios, y parages, en que las referidas comunidades eclesiasticas venden el vino, y si están en la forma que previene la concordia mencionada: cuidando los Alcaldes de reconocerlas todas las noches, que fueren de ronda, para que en ninguna forma se contravenga á lo que á este fin está resuelto::

(3) *Reg. Ord. Circul.* 16. *Mai.* 1766. *Ibi*: Habiendo entendido el Consejo el abuso que se ha introducido por algunas comunidades, ó personas privilegiadas de establecer de su autoridad propria varias imprentas; situando algunas dentro de clausura, y en parages inmunes, ó cercanos: dando su manejo á personas exêntas contra lo que en este punto está prevenido, y conviene al Estado: atendiendo el Consejo á proveer de debido remedio, y evitar de raiz los perjuicios que de esto se siguen, no solo al buen gobierno, sino á otros importantes intereses de la policia, y preservar las Regalías de S. M. ha acordado que V. en el territorio de su respectivo Corregimiento no permita subsista imprenta alguna en convento, ni en otro lugar privilegiado, ó exênto, ni en sus inmediaciones, y que V. haga saber á los dueños de las que asi hubiere, que en el preciso término de dos meses las vendan, ó arrienden á seglares, y las pongan en lugares, ó casas distantes de clausura: que tampoco permita V. que en imprenta alguna intervenga, ni sea regente de ella, Religioso, ó Clérigo, ni otra persona privilegiada; sino es que precisamente corran, y estén todas al cargo, y responsabilidad de seculares, sujetos á la jurisdiccion ordinaria: Y que de tales imprentas dé cuenta con justificacion al Consejo en el término de dos meses. De cuya orden lo participo á V. para que proceda á su observancia, y puntual exacto cumplimiento, dandome en el interin aviso del recibo de esta para pasarlo á su noticia.

۞ Jure patrio inter alias furti species sigillatim etiam relatæ designantur; attamen, cum hic minimè pœnarum fiat mentio, illoque condignæ qualitati, speciéivè furti stabilitæ inveniantur, præteriri non debent, ideoque notas omnibus eas facere, consentaneum erit.

Omnibus distinctionibus furti manifesti, & non manifesti, à jure ff. factis, (à nostro (1) non discrepante) nam fures omnes nominantur: in simplex furtum committentes, de pœna agendo corporali, arbitriariè proceditur. (2) D. D. Carolo I. regnante, eos, qui flagellorum pœnam evitare non poterant, si majores viginti annorum fuerint, pro primo furto verecundiæ exponi fuit decretum, & per quadriennium in triremes mittendos: pro secundo centum verberibus puniri, ac in perpetuum dicto servitio dedicari; (3) quæ quidem pœnæ, decem & septem annos habentes, regia ejus prole præcipiente, amplectuntur: à quibus consiliarii, & receptatores eorum non eximuntur cum extensione temporis per quadriennium ad sexennium (4).

Omnia delicta in quibus pœna arbitraria, personarum, & casus qualitatibus attentis, in corpore ingredi poterat, commutationem in publicam verecundiam, idemque servitium obtinuerunt (5).

De latronibus in Curia Madridensi hodie, aut in itinere vulgò el *Rastro* delinquentibus nihil est insertum: prænotabitur equidem; antiquitus, cum non solum corpora ad Curiam ex causa necessaria venientium, secura esse debere constiterit, verum etiam ipsorum bona: ideo, si deprædans, de eis, quibus aliquis honor inesset, fuerit, è regno exulabatur, aut deportationem patiebatur: de aliis eo destitutis, morte plectebatur, pro ablatis illo duplum restituente. (6) Jam jam præcipuè D. D Regis Enrici II. tempore inveniebatur absolute decisum, dicta in Curia, seu itinere esse furantem occidendum (7). Sequenti in tempore, annoque 1552. furtum patratum in Cohorte centum verberum afflictione, & annorum decem in triremes spatio pro prima puniebatur, si quatuor lustra perpetrantes non adimpleverint: ducentorum pro secunda: & in perpetuum damnabantur (8). Hujusmodi dispositionibus in suspenso, ac sine executione remanentibus, recognitaque similium criminum frequentia, aut reiteratione, Rege D. D. Philipo V. ultimatè fuerunt pœnæ in omnes, sic in designa-

(1) *L.* 2. *tit.* 14. *p.* 7. Dos maneras son de furto. La una es, á que dicen *manifiesto*, é la otra es, el furto que face el ome escondidamente.

(2) *L.* 18. *ejusd. Ibi*: Otrosí deben los Juzgadores quando les fuere demandado en juicio, escarmentar los furtadores publicamente con ferida de azotes, ó de otra guisa, de manera que sufran pena, é verguenza::

(3) *L.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. Mandamos :: que :: de aqui adelante la pena sea que los traigan á la verguenza, y que sirvan quatro años en nuestras galeras por la primera vez, siendo el tal ladron mayor de veinte años, y por la segunda le den cien azotes, y sirva perpetuamente en las dichas galeras::

(4) *L.* 9. *ejusd. Ibi*: Mandamos que los quatro años sean, y se entiendán seis, y los dichos ocho, diez, lo qual se entienda, y execute no embargante que los dichos ladrones no hayan la edad de los veinte años:: y habiendo á lo menos diez y siete años:: y que otrosí, en lo dispuesto por la dicha pragmática cerca de los dichos ladrones, y lo que en esta se añade, y declara, se entienda, y se estienda á los encubridores, y participes en los hurtos, para que en estos haya lugar la misma pena, y en la misma forma que de suso está declarado en los ladrones.

(5) *L.* 8. *tit.* 11. *lib.* 8. Mandamos que asi en los hurtos qualificados, y robos, y salteamientos de caminos, ó en campo, y fuerzas, y otros delitos semejantes, ó mayores, como en otros qualesquier delitos de otra qualquier qualidad, no siendo los delitos tan calificados, y graves que convenga á la república, no diferir la execucion de la justicia, y en que buenamente pueda haber lugar conmutacion, sin hacer en ello perjuicio á las partes querellosas, las penas ordinarias les sean conmutadas en mandarlos ir á servir á las nuestras galeras por el tiempo que paresciere á las nuestras Justicias, segun la calidad de los dichos delitos:: *L.* 6. *tit.* 24. *ejusd.* Ordenamos, y mandamos, que en todos los casos, y delitos donde ha de haber pena arbitraria en que conforme á la qualidad del caso, y de las personas les habia de ser puesta pena corporal, aquella se conmute en verguenza pública, y servicio de galeras por el tiempo que paresciere, segun la qualidad del caso, y delito.

(6) *L.* 3. *tit.* 16. *p.* 2. *Ibi*: E aun establecieron mas, que non tan solamente fuesen guardados los cuerpos de los que viniesen á la Corte, asi como diximos, mas todo lo suyo que traxesen. Cá quien quier que les tomase alguna cosa de lo suyo, por fuerza, si fuesen de los omes mas honrados, mandaron que fuese echado de la tierra por ende, é si de los otros, que muriese por ello. E quien lo furtase, que oviese tal pena como si lo robase en otro logar :: *L.* 4. *ejusd. Ibi*: E los que vienen por premia son aquellos que llama el Rey por sus cartas, ó por sus mandaderos, en razon de emplazamiento, ó de otra cosa de aquellas que de suso habemos dicho, á que deben venir por mandado del Rey. Onde decimos, que todos estos deben venir seguros ellos, é sus cosas :: E si el que esto ficiese fuese ome de los honrados, debe pechar doblado quanto daño ficiere, é ser echado de la tierra por quanto tiempo el Rey toviere por bien. E si fuere de los menores debe morir por ello: *L.* 18. *prox. citat. Ibi*: E si el furto fuere fecho encubiertamente, estonce le debe el ladron dar la cosa furtada, ó la estimacion della, é pechar demás dos tanto que valia la cosa:

(7) *L.* 1. *tit.* 23. *lib.* 8. Porque la nuestra Corte como fuente de Justicia debe ser segura á todos los que á ella vinieren, y á todos los que en ella estuvieren, mandamos, y ordenamos, que qualquier que en la nuestra Corte, ó en el nuestro rastro matare, ó hiriere, que muera por ello, salvo :: y eso mismo decimos que muera por justicia aquel que fuere convencido de hurto, ó robo, ó fuerza en la dicha nuestra Corte, ó en el nuestro rastro, y aquel que fuere tomado con el hurto, ó robo en la dicha Corte, ó rastro ::

(8) *L.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *Ibi*: Y si fuere el hurto en nuestra Corte por la primera vez le sean dados cien azotes; y sirva ocho años en las dichas nuestras galeras, sien-

cum vi facta domino, vel legitimo detentori. *Est in re communis.*

18 Furtum, & rapina ex genere suo est peccatum mor-
tale, licet quandoque privatas rei furto ablatæ excuset
à mortali. *Est communis*; & patet *ex c.* 20. *Exod.* ibi:
"Non furtum facies", ex c. 5. Zachariæ, ibi: "Hæc
»est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis ter-
»ræ, quæ omnis fur... judicabitur"; ex c. 2. Habacuc,
ibi:

natis locis delinquentes promulgatæ, dum decimum septimum annum compleverint: & deprædantes, auxilian-tesvè si fuerint, capite puniri, fuit præceptum: Nobiles strangulatione, vulgò *Garrote*, Plebejos autem furca suspendi; sin autem ætatem prædictam tantum attigerint, aut decimum quintum compleverint, verberantur, in triremesque per decennium, in quam receptatores, & bonorum occultatores incurrunt, illique, qui aliquo casu fortuito interveniente, delicti consummationem non sint adepti, nisi nobilitate horum delinquentium uterque prænotetur: nam in Africanis Præsidiis quousque regius assensus astitterit, detinebitur (9). Hæc dispositio Cantabriensis provinciæ sollicitudine ad eamdem meruit extensionem, & perconsequens in hoccine territorio pœna animadversa in effectum perducitur (10). De hujusce pœnæ observantia nullum dubium occurrit; in tantum ut, cum ambigeretur, an eæ determinationes in omnibus hujusmodi qualitatis dilictis suum robur obtinerent: Regia Majestas, à qua legum dispensatio, & declaratio pendet, decrevit, in simplicia furta committentes esse arbitrariè procedendum, variis circumstantiis attentis: in cetera verò, secundum ordinationes relatas; & ne circa hoc assertum inscitia aliqua pateñat, infra inseritur resolutio (11).

Hodiè verò, cum triremes non subsistant, & plures in Præsidia condemnati, magna cum facilitate, suarum obligationum obliti ea deserant, in Africana territoria, aut dominia se conferendo; per idem temporis spa-

siendo mayores de la dicha edad (20. años) y por la segunda vez le sean dados doscientos azotes, y sirva perpetuamente en las dichas galeras: *L. 9. ejusd. Ibi*: Y siendo en la Corte ocho: mandamos que :: y los dichos ocho, diez :: lo qual se entienda, y execute no embargante que los dichos ladrones no hayan la edad de los veinte años, como en la dicha pragmática se dice, siendo de tal disposicion, y calidad que puedan servir en las dichas galeras, y habiendo á lo menos diez y siete años::

(9) *Auct.* 19. *tit.* 11. *lib.* 8. *Ibi*: Que á qualquiera persona que teniendo diez y siete años cumplidos, dentro de la Corte, y en las cinco leguas de su rastro, y distrito, le fuére probado haber robado á otro, ya sea entrando en las casas, ó acometiendole en las calles, y caminos, ya con armas, sin ellas, solo, ó acompañado, y aunque no se siga herida, ó muerte en la execucion del delito, se le deba imponer pena capital, asì por la Sala de Alcaldes de mi Casa, y Corte, como por los Jueces ordinarios, y sin arbitrio, para templar, ni conmutar esta pena en alguna otra mas suave, y benigna: Que si el reo de semejante delito no tuviere la edad de diez y siete años cumplidos, y excediere de los quince, se le condene en pena de doscientos azotes, y diez años de galeras, y á que pasados no salga de ellas, sin mi expreso consentimiento: Que si (lo que no es creible) fuere probado á qualquiera persona noble haber cometido igual delito, no se les exceptue de la expresada pena capital, sino que se mande executar la de garrote irremisiblemente: Que todas las personas que dieren auxìlio cooperativo á tan grave, y escandaloso delito, sean condenados en la misma pena ordinaria de muerte, como cómplices, y perpetradores de su enormidad, y los que receptaren, y encubrieren maliciosamente algunos bienes de los robados, incurran en la pena de doscientos azotes, y diez años de galeras; y en esta misma pena de galeras, y azotes incurran aquellos, que acometiendo para executar el hurto, no lograron el intento, ni la perfecta consumacion del delito por algun accidente, ó acaso; y si fueren personas nobles los que incurren en los dos ultimos expresados delitos, sean condenados en diez años de presidio cerrado en el Africa, de que tampoco podrán salir sin mi expreso consentimiento: Que para la justificacion del expresado crimen de hurto en semejante caso, é imponer la pena ordinaria capital al reo, baste la de estar probado por un solo testigo idoneo, aunque sea el robado, ó cómplice confeso de sí, y purgada su infamia, y añadiendo otros dos indicios, ó argumentos graves, que conspiren al mismo fin, y persuadan á la prudente racional credulidad de ser el delinquente; y porque la observancia de esta ley, como dirigida á la seguridad, y decoro de mi Corte, se hace tan util, y necesaria al bien público de mis vasallos, y de los extrangeros :: *Auct.* 21. *ejusd.* Con motivo de la representacion que por medio del Consejo me hizo la Sala :: en razon de la causa que pendia en ella por consulta de la sentencia que habia pronunciado el Teniente de esta Villa contra un reo sobre el hurto de un espadin de plata (duda que se ofrecia en la probanza del delito, y otras que expuso) para la mas puntual inteligencia de la citada ley, mandé que el mismo Consejo propusiese su dictamen en el caso, y dudas suscitadas por la Sala, reducidas á si se comprehendian en mi Real resolucion los hurtos domésticos, ó los executados sin violencia, ú de corta cantidad: y en vista de la consulta :: fui servido declarar, que todo hurto, calificado, ó no, de poca, ó mucha cantidad, debe estar sujeto á la pena de la pragmática, porque no fue alguna de estas circunstancias las que movieron mi Real ánimo á establecerla, sino las graves que concurren en los vandos puramente prohibitivos, y las consideraciones de que si la disposicion legal en casos particulares impone pena ordinaria á los delitos que por punto general no la merecen, la persuaden ahora justificada por los superiores fines que concurren::

(10) *Auct.* 20. *ejusd.* Por parte de la Provincia de Guipuzcoa se me representó, que no siendo suficiente la providencia que contienen sus fueros, asi para evitar los hurtos, como para la prueba de estos, y otros graves delitos, por la freqüencia de cometerlos á causa de lo aspero, é intrincado del terreno, habia resuelto en junta general :: recurrir á mi Real persona para que mandase practicar en toda la circunferencia de esa Provincia la Real pragmática publicada en el dia 25. de Febrero del mismo año, para reprimir la osadía, & freqüencia de los hurtos en la Corte :: he venido, y tenido por bien condescender á la instancia de la referida Provincia, á cuyo fin la extendió á todos sus Pueblos::

(11) *Reg. Ord.* 18. *April.* 1746. El Rey (Dios le guarde) á consulta del Consejo de nueve de Abril, y veinte y tres de Noviembre del año próximo pasado, y en vista de la representacion de la Sala de veinte y ocho de Febrero de mil setecientos quarenta y quatro, en que expuso los motivos que halló por convenientes en razon de que subsistiese la pragmática de hurtos, publicada en veinte y cinco de Febrero del año de mil setecientos treinta y quatro, y su declaratoria de diez de Noviembre de mil setecientos treinta y cinco en todas sus partes, menos en los simples hurtos de corta cantidad, sin violencia, ó fuerza, en que se comprehenden los que roban capas, mantillas, ó otro género de vestidos en las calles (que vulgarmente llaman capeadores) sin escalamiento, herida, ni fractura de puerta de casa, arca, cofre, papelera, escritorio, ni otra cosa alguna cerrada, en que estuviese la cosa que se hurtase, ni que se abriese con llave falsa, ganzua, ú otro instrumento semejante, ó que el robo llegase á la cantidad, que fuese del real agrado de S. M. porque en estos casos se deberia executar la pena de la pragmática, y

ibi: "Væ ei, qui multiplicat non sua;" & ex 1. ad Co-
rinth. c. 6. ibi: "Neque fures, neque rapaces... reg-
19 »num Dei possidebunt." Nec valet objicere, quod Pro-
verb. 6. expresse habetur, quod: "Non grandis est cul-
»pa, cum quis furatus fuerit." Non valet, inquam,
quia, ut recte exponit V. Beda: "Furtum non ex sui
»æstimatione, sed ex comparatione peccati majoris, id
»est adulterii, non grandis esse culpæ perhibetur." Re-
vera enim furtum ex genere, & objecto suo est pecca-
tum levius omnibus aliis peccatis in decalogo prohibitis,
ceteris paribus, & hoc clare patet, quia peccata con-
tra præcepta primæ tabulæ, cum versentur circa ipsum
Deum, ejusque cultum, utique sunt graviora furto ver-
sante circa hominem tantum. Alia autem peccata contra
præcepta secundæ tabulæ, cum versentur aut circa pro-
ximi personas, aut bonum vitæ, famæ, honoris, sunt
etiam ex genere suo, ceteris paribus, graviora furto
versante circa bona externa fortunæ proximi, quæ sunt
longe inferioris ordinis, ut de se patet, & ut recte no-
tat Sporer *tom.* 2. *tract.* 5. *in VIII. & X. Præcept. De-
calog. cap.* 5. *num.* 21.

20 Quænam quantitas materiæ furtivæ requiratur, &
sufficiat ad peccatum mortale, non potest una certa,
& determinata taxari, sed taxanda est arbitrio pruden-
tum, tum ex quantitate rei ablatæ, tum ex circumstan-
tiis personæ per furtum læsæ, temporis, loci, & hujus-
modi. Malitia enim, & gravitas furti provenit ex dam-
no, quod proximo injuste infertur: damnum autem non
est æquale respectu omnium, ex jactura ejusdem quan-
titatis, ac rei: siquidem majus censetur damnum ex re
ablata, si auferatur pauperi, minus si diviti: majus, si
tempore penuriæ, minus si tempore abundantiæ; ma-
jus si auferatur pecunia in loco, ubi modica reperitur,
21 minus ubi argentum, & aurum est in abundantia. Un-
de cum in assignanda quantitate sufficienti ad consti-
tuendum peccatum mortale non satis inter se conve-
niant Doctores, ita ut propemodum tot sint sententiæ,
quot capita, assignando alii, ut *Navarrus*, nimis stric-
te solum dimidium Regalem, vel Julium, seu unum
Pacium, vel paulo plus. Alii cum *Corduba* unum Rega-
lem, scilicet duos Pacios circiter. Alii cum *Molina*, *Re-
bell. Lessio* duos Regales, id est quatuor, vel quinque
Pacios, seu duos Julios. Alii cum *Valentia*, *Sayro* tres
Regales vel Julios, id est medium Florenum circiter.
Alii cum *Sanchez* quatuor Regales, id est medium Tala-
rum, vel unum Florenum circiter. Alii nimis laxe cum
Soto, *Sylvestro*, *Angelo* unum, vel duos aureos, seu
ducatos. Alii tandem laxissime 100. aureos. Hinc in tan- 22
ta opinionum varietate tenenda est probabilior, & com-
munior Doctorum sententia, quod non possit pro regu-
la universali statui una certa quantitas pecuniæ, quæ
sit materia absolute gravis, sive quæ ad mortale requi-
ratur, & sufficiat respectu omnium, sed taxanda sit ju-
dicio prudentum tam ex quantitate rei ablatæ, quam
ex circumstantiis personæ, cui aufertur, temporis, loci,
& hujusmodi. Reiffenstuel *in theolog. moral. tract.* 9. *de
præcept. decalog. dist.* 5. *quæst.* 1. *num.* 7. Sporer *loc. cit.
num.* 28. Moya *tom.* 3. *dist.* 3. *quæst.* 3. *cap.* 1. §. 2. Gor-
maz *à num.* 963. La Croix *lib.* 3. *part.* 1. *num.* 983. *&
seq.* & alii passim.

Quantitas igitur furti respective gravis potest sic es- 23
se, ut respectu cujusque etiam ditissimi Regis sint duo
aurei, seu duo ducati, pro quibus veniunt quatuor Imperiales, seu sex Pacii Regales, aut sexdecim Julii, seu quadraginta octo Pacii, vel circiter centum sexaginta Crucigeri; respectu inferioris Principis unus aureus, seu unus ducatus, aut duo Imperiales, vel quatuor Floreni, seu sexdecim Regales, aut Julii, respectu viri perillustris, aut mercatoris valde divitis unus Imperialis, seu duo Floreni, aut octo Regales, vel Julii, aut viginti quatuor Pacii; respectu mercatoris mediocriter divitis medius Imperialis, seu medius Talarus, vel unus Florenus, aut quatuor Regales, seu quatuor Julii; respectu civis mechanici tertia pars Imperialis, seu Talari, aut octo Pacii; respectu tenuioris civis, vel rustici duo Regales, seu duo Julii, aut sex Pacii; respectu hominis utcumque pauperis unus Regalis, & dimidius, seu unus, & dimidius, respectu plane pauperis etiam unicus Regalis, seu unicus Julius, aut tres Pacii, vel decem circiter Crucigeri, & sic de omnibus intermediis loquendum est cum proportione. Ratio autem hæc est, quia dicta taxata quantitas videtur requiri, & sufficere res-

spatium, cujus condemnatio, in loca constructioni phaselorum, vulgò *Arsenales*, destinata, remittuntur. (12)

Sacrilegi, prout in communi, ultimo supplicio afficiuntur. (13) Plagiarii nobilitate gaudentes cum compedibus ad Regis opera perpetuò damnantur: alii, simili qualitate destituti, capite plectuntur. (14)

Peculatus crimen commitentes, Regis si Thesaurarii, Judicis, vel Magistratus officio fungantur, eamdem incurrunt; (15) ac denique Abigei, in sensu Auctores, pœnam immediate relatam non effugiunt. (16)

y que aunque el robo no fuese de la cantidad que se señalase se impusiese la pena de doscientos azotes, y diez años de galeras á los plebeyos, marcándoles el Verdugo en las espaldas con un instrumento ardiente, hecho á figura de una *L*, para que si despues volviesen á incurrir en igual detestable delito, tuviese hecha ya la prueba de haberle cometido antecedentemente; y al noble de diez años de presidio al Peñon, ú de minas del azogue, segun las circunstancias que ocurriesen en el robo = se ha servido resolver, que las penas de los hurtos simples sean arbitrarias, segun y como la Sala regulase la calidad del hurto, teniendo presente para ello la repeticion ó reincidencia, el valor de lo que regulase el robo, la calidad de la persona á quien se robó, y la del delinqüente, con lo demás que se halla prevenido por el derecho: No habiendose conformado S. M. con los otros puntos que la Sala expuso en su citada representacion: lo que de orden del Consejo participo á V. S. para que haciendolo presente en el Acuerdo se execute asi, y den las ordenes concernientes á su cumplimiento.

(12) *Pragm. Sanc.* 12. *Marz.* 1771. §. 3. Que los delinqüentes de la segunda clase, á quienes como va insinuado, corresponde la pena de galeras, y cuya mayor corrupcion y abandono hace mas temible su desercion, y fuga á los moros, por el entero olvido de sus primeras obligaciones á la religion y á la patria, sean precisamente destinados á los Arsenales del Ferrol, Cádiz, y Cartagena, donde se les aplique indispensablemente por los años de sus respectivas condenas á los trabajos penosos de bombas y demás maniobras infimas, atados siempre á la cadena de dos en dos, sin arbitrio ni facultades en los Xefes de aquellos departamentos para su soltura, ni alivio, á menos de preceder para lo primero expresa real orden mia, y concurrir para lo segundo causa de grave enfermedad, en cuyo caso deban ser tratados con la humanidad que fuere practicable, celando siempre (como corresponde) el cumplimiento de justicia en la custodia de estos reos, para la vindicta pública, y asegurar que los pueblos queden desembarazados de unos sugetos calificados de perniciosos á la sociedad :: (Hodie *lex* 13. *tit.* 24. *lib.* 8. *Castel.*)

(13) *L.* 18. *tit.* 14 *p.* 7. *Ibi*: Mas por razon de furto non deben matar, ni cortar miembro ninguno. Fuerasende si fuese:: ó ladron que furtase de la eglesia, ó de otro lugar religioso alguna cosa santa ó sagrada::

(14) Vid. *verb.* Plagium.

(15) *L. cit.* 18. *Ibi*: O oficial del Rey, que tuviese algun tesoro en guarda, que oviese de recaudar sus pechos, ó sus derechos, é le furtare, ó le encubriere dello á sabiendas, ó el juzgador que furtase los maravedis del Rey, ó de algund Consejo, mientra estuviere en el oficio. Qualquiera de estos sobredichos á quien fuere probado que fizo furto en alguna destas maneras, debe morir por ende él::

(16) Vid. *verb.* Abigeatus.

respective ad singulorum sustentationem pro integra die,
adeoque per ejus ablationem censebuntur pati grave
damnum, & esse graviter inviti, merito enim ab om-
nibus multum æstimatur posse pro una die honeste sub-
sistere, & cui hoc tollitur, vere redditur miserabilis pro
illa die, & per consequens censetur illi dari causa gra-
vis contristationis, & dissolvendæ amicitiæ, quod se-
24 cundum communem sensum est gravis injuria. Hinc ma-
teria gravis furti, & quantitas sufficiens ad peccatum
mortale censetur probabiliter ea, quæ ad congruam sus-
tentationem unius diei sufficit illi homini, cui injuria fur-
ti infertur. Sanig. *dist.* 10. *de justitia quæst.* 1. *num.* 7.
Layman. *lib.* 3. *tract.* 3. *p.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. Sporer. *loc.
cit. num.* 29. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 9. Gormaz *n.* 699.
La Croix *loc. cit. num.* 985. *cum sequentibus*, & in re
consentiunt alii, *speciatim Illsung. tom.* 4. *d.* 3. *num.* 147.
Marchant. *Tribun. part.* 2. *tract.* 8. *tit.* 1. *q.* & re ipsa
fere coincidunt Bonacina, Petrus Navarrus, & alii
cum Lug. *disp.* 16. *sect.* 1.

25 Furtum potest esse grave peccatum in pluribus ca-
sibus, etiamsi materia furata in se sit levis. *Primo*, si
materia furata sit domino valde proficua, ut sartori acus,
quam unicam habet, nec habere aliam potest, qua se
alat. Lessius *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 33. & communis alio-
rum. *Secundo*, si in furando rem levem fuerit intentio
furandi notabilem quantitatem, si adfuisset copia, &
commoditas. *Communis. Tertio*, si materia levis fuerit fu-
rata in finem mortaliter peccaminosum. *Communis. Quarto*,
si materia levis furetur domino valde pauperi, & indigen-
ti. *Communis. Quinto*, si dominus habuerit justum, & ra-
tionabilem quemdam specialem affectum ad talem rem,
ob cujus ablationem periculum sit, ne tamquam nimis
iracundus prorumpat in mortales blasphemias, seu aliàs
colerice mortaliter peccet, dummodo tamen fur ante fur-
tum habuerit sufficientem cognitionem de tali speciali
affectu, & periculo. *Communis. Sexto*, si res auferatur
cum notabili violentia. *Communis.*

26 Furtum non committitur in pluribus casibus, quam-
vis aliena surripiantur. *Primo* non committitur, cum
quis aufert rem alterius sciens illum, etiamsi sit, non
tamen debere esse invitum rationabiliter. *Communis. Se-
cundo* non committitur furtum, cum quis aufert aliena
ipso Deo supremo rerum omnium domino facultatem
dante, qua ratione Israelitæ spoliarunt Ægyptios. *Com-
munis. Tertio* non committitur, cum quis aufert gladium
à furioso, vel aliàs occisuro. *Communis. Quarto* non com-
mittitur, cum quis aufert libros hæreticos à non haben-
te legendi facultatem. *Communis. Quinto* non committi-
tur, cum uxor *v. g.* auferat à marito pecunias, ne lu-
dis, aut comessationibus prodigat, aut vinum, ne
inebrietur. *Communis. Sexto* non committitur, cum quis
accipit rem alienam, tamquam sibi debitam ob justam
compensationem. *Communis. Septimo* non committitur,
cum quis pro se, vel pro alio in extrema necessitate
constituto alienum accipit, quantum necessarium est ad
sustentationem, sed de hoc infra. In his enim, & simi-
libus casibus dominus esset irrationabiliter invitus sibi
rem talem auferri. *Sic communis Doctorum.* ✠ Vera Auc-
tor scribit; cave vero, ne putes retinere res illas homi-
nem posse, nec ad restitutionem, vel compensationem
teneri, jam remoto periculo, vel sublata necessitate: Vi-
de explicationes aliis in locis. ✠

27 In extrema necessitate licitum est auferre rem alie-
nam, quatenus ad eam sublevandam necesse est, adeo
ut talis neque furtum committat, neque peccet; *Commu-
nis* cum S. Thom. 2. 2. *q.* 66. *art.* 7. Scoto *in* 4. *dist.* 15.
q. 2. *ad* 5. & habetur ex *cap.* Exiit §. Nec quidquam, *de
verb. signific. in* 6. ibi: "Nec jure poli in extremæ ne-
"cessitatis articulo ad providendum sustentationi natu-
"ræ via omnibus extrema necessitate detentis concessa
"præcluditur, cum ab omni lege extrema necessitas
" sit exempta." Et ratio est, quia in extrema necessitate
"constitutus habet jus naturale, immo & obligationem
conservandi vitam, adeoque etiam sibi applicandi me-
dia necessaria; neque per hoc furatur, quia ille, cui
surripit, non est, nec potest esse rationabiliter invitus,
quia in extrema necessitate omnia sunt communia quoad
jus utendi in ordine ad conservationem vitæ; de ratio-
ne autem formali furti est, quod fiat domino rationabi-
liter invito, ut patet ex ejus definitione. Unde cum do- 28
minus in tali extrema necessitate nequeat esse rationabi-
liter invitus, talis surripiens bona alterius non dicitur
furari, uti notant communiter Doctores cum S. Thom.
2. 2. *quæst.* 65. *art.* 5. In extrema necessitate si quis non 29
possit per se ipsum aliena auferre ad sibi subveniendum,
potest ejus loco quivis alius ex proprio subvenire non po-
tens, uti habet communis cum D. Thom. 2. 2. *quæst.* 66.
art. 7. *ad* 3. & Scoto *loc. cit.* Tunc enim surripiens est
veluti instrumentum indigentis. Si dominus, aut deti-
nens bona sit in pari necessitate, non potest extreme
egens, neque alius pro eo surripere ipsi domino, aut
detinenti, quia tunc duplici jure res illa domino, aut
detinenti debetur, primo propter æqualem extremam ne-
cessitatem, secundo propter dominium, & possessio-
nem; in pari enim causa melior est conditio possidentis;
Sic Scotus *in* 4. *dist.* 15. *q.* 2. *ad* 5. *& communis* aliorum.

In gravi dumtaxat necessitate non est licitum aliena 30
surripere, colligitur *ex cap.* Si quis 3. *de furtis*, ibi: "Si
"quis propter necessitatem famis, aut nuditatis furatus
"fuerit cibaria, vestem, vel pecus, pœniteat hebdo-
"madas tres;" ubi, ut vides, fames, & nuditas suppo-
nunt surripientis necessitatem, & quidem valde gravem,
unde si hac necessitate non obstante talis surripiens cen-
setur pœnitentia dignus, cum pœnitentia supponat pec-
catum, censetur non excusari à furto peccaminoso. Hinc
justissime ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. fuit dam-
nata sequens propositio 36. in ordine, ibi: *Permissum est
furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gra-
vi.* Ita conformiter Doctor Subtiliss. *loc. cit.* Mastrius
disput. 9. *theolog. moral. num.* 31. appellant hanc senten-
tiam communiorem, & veriorem, & Sporer *loc. cit.
num.* 105. vocans eam verissimam, La Croix *loc. cit.
num.* 955. & alii passim, quamvis nonnulli apud Lugo-
nem *disp.* 26. *de justit. & jure n.* 153. Dianam *part.* 2.
tr. 3. *Miscellan. resol.* 29. & apud Sporer *loc. cit. n.* 104.
male oppositam sententiam probabilem censuerint. Si 31
tamen necessitas gravis sit urgens, adeo ut adsit simul
periculum labendi in necessitatem extremam, ut si mor-
bus gravis probabiliter sit futurus lethalis, aut perpe-
tuus, nisi remedio tempestivo ei occurratur, si quis sit
in probabili periculo incidendi in captivitatem, vel infa-
miam gravissimam, nisi equo alieno adjutus elabatur,
& his similia: tunc licitum est surripere necessaria ad
illam necessitatem sublevandam, quia tunc censetur ex-
trema esse moraliter præsens, cum sit proxima, aut hæc
sit illi æquivalens; pari enim modo naturæ indultum est,
ut gravem necessitatem, quæ facile vergit ad extremam,
æque ac ipsam extremam necessitatem, à se quisque,
quoque modo potest, avertat; Lugo *loc. cit. num.* 154.
Lessius *num.* 71. Sporer *loc. cit. num.* 103. Haunold. *de
justitia tom.* 1. *tract.* 2. *d num.* 347. Carden. *in* 2. *Crisi
d.* 23. *num.* 17. & fulsius *in* 1. *Crisi dist.* 80. La Croix
loc. cit. num. 957. Tamburin. *lib.* 8. *tract.* 2. *c.* 9. §. 1.
ubi dicitur hanc sententiam esse certam. Si tota respu- 32
blica sit in necessitate gravi, possunt licite auferri à di-
vitibus superflua, quæ necessaria sunt ad rempublicam
sublevandam. Et ratio est, quia necessitas gravis rei-
publicæ æquivalet, immo superat necessitatem, quam
haberet unus privatus, uti cum S. Thoma, & aliis do-
cet Carden. *loc. cit. num.* 16. La Croix *loc. cit. n.* 956.

Qui in extrema necessitate rem alienam abstulit, 33
& pro sua indigentia absumpsit; quamvis postea ad me-
liorem, & pinguiorem fortunam devenerit, numquam
tenebitur restituere; Sic Scotus *in* 4. *dist.* 15. *q.* 2. *&
communis* aliorum. Et ratio est, quia is usus fuit jure
suo, & rei tunc acceptæ, quatenus sibi necessaria fuit,
dominium sibi comparavit, cum res illa per talem jus-
tam acceptionem facta sit accipientis, ut patet ex
D. Th. 2. 2. *q.* 66. *d* 7. & ex communi aliorum. Si autem 34
res accepta in extrema necessitate non sit absumpta, sed
adhuc existat, ut equus, vestis, & hujusmodi, tunc est
restituenda; *Communis.* Et ratio est, quia extrema neces-
sitas tribuit solum tantum Juris in rem alterius, quan-
tum necessarium est ad illam sublevandam. In proposi-
to

to autem non erat necessaria res adhuc existens, sed
solum ejus usus, adeoque extreme egens occupando
illam, solum comparavit sibi dominium utile rei, do-
minio directo adhuc remanente penes pristinum domi-
num, & per consequens res adhuc existens post supe-
35 ratam necessitatem erit restituenda domino. Qui rem
accepit ante extremam necessitatem, sive ex delicto,
furto *v. g.* sive ex contractu, *v. g.* deposito, commo-
dato, locato, vel quovis alio titulo, & in extrema ne-
cessitate absumpsit, tunc superata necessitate, si ad me-
liorem fortunam redierit, tenebitur restituere in æqui-
valenti; Ita *in* 4. *dist.* 15. *q.* 2. *art.* 4. *resp. ad arg.*
Adrian. *in* 4. *de restitut.* §. Quia dictum est de lucro::
Navarr. *cap.* 17. *num.* 61. Covarrub. *reg. Peccatum p.* 8.
§. 1. *n.* 4. Medina *C. de restit. n.* 3. *in princip.* Less. *lib.* 2.
§. *c.* 16. aliique cum Sporer *l. c. n.* 101. Et ratio est, quia
tunc egenus rem illam, seclusa necessitate, alio titulo
debet domino suo, quæ obligatio per supervenientem
necessitatem extremam non extinguitur, sed sopitur,
adeo ut superata necessitate, domino compensanda est
æque, ac antea compensari debuisset, maxime quia si
antea res furto ablata, & postea in extrema necessita-
te absumpta, non deberet restitui, superata necessitate
ab eo, qui eam ante dictam necessitatem furatus fuerat,
sequeretur, quod quis posset commodum reportare ex
sua malitia; milia autem, & iniquitas nulli debet pro-
desse; *arg. c.* Sedes 15. *& c.* Ex tenore 16. *de rescrip-
tis*, *c.* Tuæ 12. *de Clericis non resident. c.* Ex literis 2.
de dolo, *& contum.* & aliis similibus.

36 Est tamen æque probabilis, immo teste Sporer *loc.
cit. num.* 102. jam communior apposita sententia, quod
nempe, qui rem ablatam, vel apud se depositam, com-
modatam, impignoratam, locatam &c. urgente neces-
sitate absumpsit, nihil restituere debet, postquam ad me-
liorem fortunam pervenit, sic expresse Angelus *verb.*
Fortum §. 37. Silvester *verb.* Furtum *q.* 5. *& verb. Elee-
mosyna in fin.* Jul. Clar. *lib.* 5. §. Furtum *n.* 25. Lay-
man *lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 1. *c.* 1. *n.* 7. Sporer *loc. cit. n.* 102.
& alii. Et ratio est, quia, qui rem alienam bona fide
absumpsit, liberatur ab onere restitutionis, ut fert com-
munis opinio; talis autem in extrema necessitate, ne-
dum bona fide rem alienam, sed immo tamquam domi-
nus ejus effectus, & suam reputans, absumpsit, adeo-
que non tenetur pro ea ad restitutionem. Neque ei pa-
trocinatur iniquitas, si rem antea furatus fuit, sed su-
perveniens extrema necessitas, ad quam sublevandam,
sicuti potest de præsenti auferre rem alienam, & ipsam
absumere sine ullo onere restitutionis, ita sine onere
restitutionis potest absumere rem alienam de præterito
ablatam.

37 Qui per furta minuta intendit ditescere, & conqui-
rere notabilem pecuniæ quantitatem; peccat mortaliter
illa prava intentione, & quovis externo furto minuto
ex vi illius intentionis deliberatæ procedente; *Communis.*
Et ratio est, quia talis intendit accipere rem alienam
magni momenti invito domino, simulque singula exter-
na furta procedunt ex intentione mortifera furandi seor-
sim quantitatem notabilem, adeoque talis singulis fur-
38 tis minutis peccat mortaliter. Hinc de similibus dicitur
Deuteron. 25. *Non habebis in sacculo diversa pondera
majus, & minus... Abominatur enim Deus eum, qui fa-
cit hoc*, & Prov. 11. *Statera dolosa abominabilis est apud
Deum.* Notant tamen Lessius *lib.* 2. *de justitia cap.* 12.
dub. 7. *num.* 48. Sporer *loc. cit. num.* 35. & alii, non
committi tot distincta furta mortalia, quot sunt furta
minuta, sed continuari solum jam cœptum, quia om-
nia furta minuta & detentiones acceptorum censentur
una continua executio illius mortalis intentionis. Quod
etiam in furtis gravibus repetitis, & sub una intentio-
ne unitis usuvenit. Qui furatur quid modicum, ani-
mo tamen, & voluntate plura furandi, si posset, pec-
39 cat mortaliter; *Communis, ac certa.* Et ratio est, quia
talis, quantum est ex se, si adesset copia, & commo-
ditas, habet pravam voluntatem, & mortiferæ volun-
tatis, & affectus. Unde recto monet Layman *loc. cit.
num.* 3. esse à Confessariis examinandos illos pœniten-
tes, qui confitentur modicum quid esse furatos, an ha-
buerint voluntatem, & affectum plura furandi, si ad-
fuisset copia, & commoditas.

Qui furatur materiam levem, quæ cum aliis præ- 40
cedentibus furtis complet materiam gravem, si habet
voluntatem eam cum aliis retinendi, peccat graviter
ratione injustæ gravis detentionis, quia licet priora præ-
cedentia furta minuta quoad ablationem fuerint solum
venialia, tamen acrescente materia complente quantita-
tem sufficientem ad mortale ratione injustæ detentionis
exurget peccatum mortale, & obligatio restituendi sub
mortali. Et ratio est, quia illud opus, quo injustum gra-
ve damnum proximi completur, mortale est; per illud au-
tem ultimum furtum, quo quis advertit se pervenire ad
summam gravem, v. g. furando ultimum Pacium, vel ul-
timum Regalem, seu ultimum Julium complentem Tala-
rum, vel Imperialem, seu ducatum, respective comple-
tur grave damnum proximi, adeoque illud ultimum fur-
tum unius Pacii, Regalis, seu Julii mortale est, non qui-
dem secundum se absolute, sed cum habitudine ad furta
præcedentia consideratum. Unde talis secundum omnes 41
sub mortali tenetur restituere summam notabilem furtis
minutis congregatam; Sporer *loc. cit. n.* 37. *&* 40. Car-
denas *in* 2. *Crisi decis.* 23. *num.* 90. La Croix *lib.* 3. *p.* 2.
n. 244. & ipso teste alii communissime. Hinc Inno-
cent. XI. *die* 2. *Martii* 1679. merito damnavit sequentem
propositionem 38. in ordine: *Non tenetur quis sub pœna
peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca
furta, quantumcumque sit magna summa totalis.* Non
quidem, ut notat Sporer *loc. cit. num.* 37. sub mortali
tenetur restituere totam illam summam, sed solum illam
partem, quæ constituit quantitatem notabilem in grave
damnum proximi, quaque restituta, non retinetur am-
plius quantitas notabilis cum gravi damno proximi se-
cundum communem DD. apud Cardin. de Lugo *disp.* 16.
sect. 3. *de justitia num.* 41. Nec valet dicere, quod non 42
plus noceat ultimum furtum, quam præcedentia, adeo-
que omnia esse venialia tantum. Non valet, inquam,
quia respondetur distinguendo antecedens. Non plus no-
cet absolute secundum se sumptum, conceditur ante-
cedens. Non plus nocet respective, & ut est conjunc-
tum cum furtis præcedentibus, negatur. Ultimo enim
furto minuto completur materia notabilis sufficiens ad
peccatum mortale, cum auferatur jam integer Flo-
renus, vel respective ducatus, qui non ablatus erat
furtis præcedentibus. Nec etiam valet objicere, quod 43
peccata venialia quantumcumque multiplicata num-
quam faciunt mortale. Non valet, inquam, quia hoc
verum est, quando peccata venialia sunt omnino dispa-
rata absque omni connexione ad invicem in materia, vel
effectu causato, ut in cognitionibus inutilibus, verbis
otiosis, mendaciis jocosis &c. etiam in infinitum multi-
plicatis. Falsum autem hoc est, quando sunt ita con-
nexa, ut ultimum veniale compleat materiam notabilem
sufficientem ad peccatum mortale, ut in nostro propo-
sito; ubi quamvis furta, seu peccata venialia, ut talia
in individuo non faciant unum mortale, ultimum tamen
furtum, quod secundum se solum esset veniale, hic &
nunc ratione connexionis cum præcedentibus furtis fit
mortale.

Peccat graviter, si post levia furta, quæ non potest 44
restituere, addit aliud leve, quo completur quantitas gra-
vis; Lugo *disp.* 16. *sect.* 3. *num.* 39. Illsung. *tom.* 4. *dis-
tinct.* 3. *num.* 157. Sporer *loc. cit. num.* 39. La Croix *l.* 3.
part. 2. *n.* 1006. Dicastill. *l.* 2. *tit.* 2. *dist.* 9. *n.* 55. &
alii contra Lessium, & Granado. Et ratio est, quia ut
recte dicit Lugo *loc. cit.* malitia furti non oritur ex com-
modo, quod furi ex retentione provenit; sed ex damno,
quod proximus ex oblatione patitur. In casu autem po-
sito, sive fur restituere possit, sive non possit priora fur-
ta, eodem per ultimum furtum facit, quod proximus
grave detrimentum patiatur; ubi ante ultimum hoc fur-
tum patiebatur solum detrimentum leve, adeoque, etiam-
si non possit fur restituere præterita, curare debet, ne
ex illis, & hoc alio proximus grave detrimentum patia-
tur, quod facere potest vitando hoc ultimum furtum.

✠ Malitia furti non oritur ex commodo, quod furi
ex retentione provenit, sed ex damno, quod proximus
ex

ex ablatione patitur. Ita Lugo ab Auctore citatus. Hoc
principio casus plures, Lector, aliter solves, ac solvat
Auctor noster. Ex. gr. n. 47. Si talis jam pœnituit de fur-
tis præcedentibus, & restituere vere proposuit, oblivis-
ci nequit damni, quod proximus ex ablatione rei parti-
tur. Ergo tunc iterum minuta furando primum grave
damnum proximi auget, & propterea iterum mortaliter
peccat. Et num. 51. Quicumque advertit per suum fur-
tum quamvis minutum uni eidemque grave damnum in-
ferri, peccat mortaliter. Et ratio est, quia qui advertit,
ipse causa est damni gravis, adeoque sub gravi tenetur
ad restitutionem. Suppositio Auctoris in exemplum
deducta nihil valet, quum exempla contraria fingi
possint.
45 Si tamen haberet efficacem voluntatem restituendi
priora saltem usque ad materiam levem, excusaretur à
mortali, uti notant Molina, Rebell. Sanchez, aliique
cum Lugo *loc. cit. à num.* 40. La Croix *loc. cit. n.* 1006.
46 Qui semel conflavit materiam gravem, & item furatur
aliud leve, quod cum priore materia ablata facit unum,
si nondum pœnituit de furtis præcedentibus, nec resti-
tuere proposuit, probabilius peccat iterum mortaliter to-
ties, quoties denuo furatur modica ab eodem, quia tunc
semper habet explicitam, vel implicitam saltem volun-
tatem augendi damnum notabile proximi, & retinendi
notabilem quantitatem rei alienæ semper majorem, &
47 majorem. Si tamen talis jam pœnituit de furtis præce-
dentibus, & restituere vere proposuit, tunc furando
iterum minuta peccat tantum venialiter, donec rursus
attingat quantitatem notabilem sufficientem ad furtum
mortale, quia tunc per pœnitentiam, & restituendi pro-
positum abrupit continuationem furtorum præcedentium
cum sequentibus, & sequens materia furti non concres-
cit amplius cum præcedenti, sed manet per se sola, &
venialis; Lugo *loc. cit. à num.* 43. Dicastill. *loc. cit. n.* 59.
Sporer *loc. cit. num.* 39. La Croix *loc. cit. n.* 1007. Ami-
cus *de peccat. dict.* 23. *n.* 233. Ovied. *de Peccat. contr.* 3.
48 *num.* 114. & alii. Furta parva coalescunt, etiamsi fiant
in diversis negotiis, ut si quis defraudet eumdem semel
venditione, semel cambio, semel furando &c. quia li-
cet diversa sint negotia, in quibus furta committuntur,
in omnibus tamen causatur damnum ejusdem rationis:
Sanchez *in Dec. lib.* 7. *c.* 21. *num.* 16. La Croix *loc. cit.*
num. 1008. contra Rebell. Tanner. & Dianam.
49 Furta minuta usque ad notabilem summam concres-
centia constituunt peccatum mortale cum obligatione res-
tituendi sub mortali non solum cum fiunt ab eodem ei-
dem, ut usque modò fuit suppositum, & conclusum, sed
etiam cum fiunt ab eodem diversis dominis; Sic Moli-
na *tom.* 3. *disp.* 689. Lessius *lib.* 2. *de justitia c.* 12. *du-*
bit. 7. Layman *lib.* 3. *part.* 1. *c.* 1. *n.* 6. Sanchez *lib.* 7.
moral. cap. 5. Sporer *loc. cit. n.* 43. Lugo *disp.* 16. *sect.* 3.
num. 48. ubi dicit, quod rejicitur communiter sententia
contraria Joannis Medinæ, Angeli, Petri Navarræ, &
aliorum dicentium, illa minuta furta non constituere pec-
catum mortale cum obligatione restituendi sub mortali,
etiamsi fiant animo comparandi magnam quantitatem,
quia, dicunt ipsi, singulis dominis parum nocent: Ratio
autem nostra est, quia licet talis minuta furando à diversis
dominis non inferat notabile damnum singulis seorsim,
& actualiter, infert tamen notabile grave damnum om-
nibus collective, seu ipsi communitati, vel reipublicæ
saltem habitualiter, & consecutive quatenus scilicet, si
talis modum furandi minutatim à diversis dominis non
esset graviter prohibitus, sequerentur maxima incommo-
da, & inconvenientia contra publicum, & contra in-
demnitatem etiam singulorum civium; sequeretur enim
non peccare mortaliter eum, qui ex granario tritici to-
tius communitatis furaretur magnam quantitatem, quia
singulis civibus parum nocet. Item sequeretur non pec-
care mortaliter contra justitiam eum, qui sine justo ti-
tulo exigeret tributa, seu gabellas, etsi minutas ab om-
nibus transeuntibus per aliquem pontem, quia singulos
levissime læderet. Item sequeretur posse aliquem sine
peccato mortali in venditionibus uti ponderibus, & men-
suris modice falsificatis, & diminutis, quod tamen est
ubique gravissime prohibitum, & in Sacra Scriptura
damnantur, qui talia agunt; *Deuteronom.* 25. ibi: *Non*
habebis in sacculo diversa pondera majus, & minus... abo-
minatur enim Deus, qui facit hoc; *Prov.* 31. ibi: *Sta-*
tera dolosa abominatio est apud Deum: Restitutio autem 50
à talibus furantibus minuta à diversis dominis, *v. g.*
per falsa pondera, per alteratas mensuras, & hujusmo-
di facienda est iis, à quibus acceperunt quantum pos-
sunt, *v. g.* in simili occasione furta minuta commissa
dominis minutatim supplendo, aut si ii ignorentur, vel
amplius conveniri non possint, talia pauperibus erogan-
do, prout in simili dicitur *in c. Cum tu 5. de Usuris.*
Furta minuta facta eidem à diversis non moventibus 51
se mutuo, quamvis isti advertant per omnia dicta furta
simul sumpta causari eidem grave damnum; licet pro-
babilius non constituant peccatum mortale in singulis,
sub mortali tamen obligant singulos ad respectivam res-
titutionem, quidquid dicant Sanchez *lib.* 7. *mor. cap.* 21.
num. 22. Lessius *l.* 2. *cap.* 12. *dub.* 9. Tanner. *tom.* 3.
dist. 4. *quæst.* 6. *dub.* 9. *n.* 285. Diana *part.* 2. *tract.* 17.
res. 42. Lugo *disp.* 16. *sect.* 3. *n.* 55. Sotus *in* 4. *dist.* 22.
q. 1. *art.* 2. & Clarius *l.* 4. *de justitia q.* 7. *art.* 3. *co-*
lum. 6. Malderus *de Furto tract.* 4. *c.* 1. *dub.* 5. *caus.* 3.
Sales *in* 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 16. *sect.* 27. *num.* 92. Spo-
rer *loc. cit. num.* 47. Ovied. *de peccatis contr.* 3. *n.* 112.
La Croix *l.* 3. *part.* 1. *n.* 1010. Illsung. *tom.* 4. *dist.* 3.
num. 158. & alii. Et ratio est, quia singuli non sunt cau-
sa neque physica, neque moralis damni ab aliis cau-
sati, sed tantum illius, quod per se inferunt, quod est
leve, & exiguum, ut supponitur, adeoque non pec-
cant singuli graviter, sed tenentur sub gravi ad resti-
tutionem, saltem ex charitate, alioquin sequeretur, quod
posito ad furtum mortale sufficere decem Regales, seu
decem Julios, & Paulus jam abstulisset novem, An-
tonius autem conscius absque ulla cooperatione, aufer-
ret solum unum Regalem, vel unum Julium, peccaret
mortaliter, & Paulus solum venialiter, quod nihil ab-
surdius; adeoque quamvis furta minuta facta eidem à
diversis ascendant ad summam notabilem, illi diversi fu-
rantes non peccant singuli mortaliter, sed sub mortali
tenentur singuli ad restitutionem, saltem, ut diximus,
ex charitate.
Plurimi tamen apud Lugo *l. cit. num.* 54. ut Suarez, 52
Vazquez, Navarrus, Medina, Major, Corduba, Ro-
driquez, Salonius, Rebellus, Angelus, Ledesma, Say-
rus, Petrus Navarra, Covarr. Molina, Turrianus, Bo-
nacina, Filuccius, tenent contrarium, scilicet quod sin-
guli peccent graviter, & sub gravi teneantur ad resti-
tutionem, quia dicunt ipsi, scienter concurrunt singuli
ad grave damnum ejusdem, & consentiunt in illud. At
ut recte notat Sporer *l. c. num.* 47. *in fine* tale funda-
mentum, seu principium est solum verum, quando in-
fluit in totum damnum moraliter jussu, concursu &c.
quod nos ultro fatemur, nam certum est, si plures com-
muni consensu, consilio, vel cooperatione, ingressi
v. g. in vineam, ita notabiliter furentur, singulos pecca-
re mortaliter & obligari ad restitutionem in solidum, sci-
licet in defectu aliorum, quia singuli sunt causa mora-
lis totius damni. Sicuti etiam si unus suo malo exemplo
efficaciter moveat alios ad furandum, *v. g.* ex cohorte
militum, aut peregrinorum transeuntium, unus princi-
palis, ut capitaneus, vel conductor primus furetur ex
vinea aliquos racemos, aut ex viridario aliqua poma præ-
videns suo malo exemplo alios ad simile furtum effica-
citer movendos, reus est furti mortalis; debetque defi-
cientibus sociis totum damnum resarcire, quia perinde
est, sive quis facto, sive exemplo, sive verbo sit causa
moralis damni illati.
Advertendum tamen est, quod sive quis furtis minutis 53
furetur ab eodem, sive à diversis, sive plures, sive diversi
ab eodem furentur, ad contrahendum peccatum mortale
requiritur major quantitas, quam illa, quæ simul ablata
constitueret peccatum mortale, *v. g.* plus dimidio. Et ratio
est, quia domini non sunt ita inviti ad furta successive, seu
per intervalla facta, quam ad furtum rei notabilis simul
factum, & ordinarie non tantum damnum infertur; Mo-
lina *tom.* 2. *disp.* 689. Sanchez *lib.* 7. *mor. cap.* 5. Lugo
disp. 16. *num.* 16. *num.* 15. Sporer *l. c. num.* 44. & alii
pas-

passim. Item major quantitas requiritur, si plura furta
54 minuta fiant pluribus, quam si uni soli, quia tunc, om-
nes, & singuli non tam grave damnum patiuntur actua-
liter, & ordinarie illud patiuntur minus inviti, quam
unus solus, qui totum illud damnum per plura minuta
55 furta causatum cogatur in se uno sustinere. *Communis*
cum præcitatis. Item major requiritur quantitas in fur-
tis factis sive eidem, sive diversis, quando fiunt per ma-
jora temporum intervalla, quàm quando brevi temporis
successu fiunt, quia eo magis deficit unius damni con-
nexio, & domini minus inviti censentur. Unde licet Im-
perialis, seu respective ducatus *v. g.* simul, vel succes-
sive brevi tempore ablatus constitueret peccatum mortale,
tamen successive per longum tempus, utpote duorum,
vel trium annorum surreptus non concrescit in peccatum
mortale. Et si pluribus tanto temporis intervallo absque
ditescendi proposito talia furta minuta fierent, etiam
duo, vel tres aurei non sufficerent ad mortale peccatum.
Hæc autem omnia attentis circumstantiis personarum,
locorum, & temporum judicio prudentis Confessarii re-
linquuntur.
56 Furta domesticorum, uxorum, maritorum, filiorum,
parentum, Religiosorum, famulorum &c. facta invito
rationabiliter marito, uxore, patre, filio, prælato, do-
mino &c. sunt vera furta, quia omnes illi vere usurpant
rem alienam, invito rationabiliter domino; *Communis.*
57 Talia domesticorum furta, ut mortalia sint, regulari-
ter requiritur major materiæ quantitas quam in furtis
extraneorum; quia paterfamilias *v. g.* non est ordinarie
ita invitus, quod res sua à domesticis surripiatur, quam
58 si surriperetur ab extraneis; *Communis.* Hinc contra ta-
les personas domesticas, uxorem, filios, famulos &c.
in foro externo non conceditur actio pœnalis, & fa-
mosa furti, sed tantum alia mitior actio rerum amota-
rum. Et quidem inter conjuges propter reverentiam, &
honorem matrimonii non dari rigorosam actionem furti,
sed tantum actionem rerum amotarum, habetur expres-
se *in leg.* 1. *& seq. ff. de actione rerum amotarum, in leg.*
Si quis 52. *ff. de furtis*; *& leg. Manifestissimi* 22. §. 4.
Cod. eod. ubi ulterior ratio additur his verbis: *Quia lex*
ita atrocem actionem dare in personam ita sibi conjunc-
59 *tam erubuit.* Similiter contra filios, & servos non datur
actio furti, textu expresso *in* §. Hi, qui 12. *Instit. de*
obligat. ex delicto, leg. Ne cum 16. *& leg.* Servi, &
filii 17. *princip. de furtis*, ibi; *Servi & filii nostri furtum*
quidem nobis faciunt, ipsi autem furti non tenentur, neque
etiam qui potest in furem statuere, necesse habet adversus
furem litigare; *idcirco nec actio ei à veteribus prodita*
60 *est.* Item contra famulos, ac mercenarios apud domi-
num degentes, non datur actio furti, si leviora, &
modica furta commiserint, *leg.* Respiciendum *ff. de pœ-*
61 *nis.* Secus autem, si eorum furta sint gravia, vel nimis
multiplicata, quia tunc etiam pœna corporali puniri
solent, ut ex communi DD. notat Jul. Clar. *lib.* 4.
sent. §. Furtum *num.* 22. apud Layman *l. c. n.* 4.
62 Famuli, ancillæ, & operarii apud dominum degen-
tes ordinarie non peccant graviter surripiendo esculenta,
aut poculenta communia in usus proprios, nisi forent
excessiva, secus in aliis materiis; *Communis* quoad utram-
que partem: quoad primam enim patet, quia domini
respectu illorum non solent esse inviti, quoad substan-
tiam, sed tantum quoad modum, quandoquidem si illa
peterentur, concederentur, dummodo tamen sint escu-
lenta, & poculenta communia, id est famulantibus or-
dinaria, non autem extraordinaria, rariora, & delica-
tiora, & dummodo illa surripiant in usus proprios, quia
si illa surripiunt ad dandum parentibus, amasiis, ami-
cis, ad vendendum, ad ludos, ad compotationes, me-
retricia, & alia hujusmodi, committunt furtum mortale
obnoxium restitutioni, ubi quantitas notabilis, etiam per
minuta furta ablata est, quia respectu illorum est sim-
pliciter, & rationabiliter invitus dominus. Quoad secun-
dam partem etiam patet; quia in aliis materiis, *v. g.*
pecunia, vestibus, linteis, & hujusmodi peccant sicuti
extranei. Immo gravius, cum illorum cura sit eorum fi-
delitati, & custodiæ commissa, & ideo longe gravius
puniuntur furta domestica, quam alia, quia hujusmodi
furta, quæ à servitoribus & famulis committuntur, di-
cuntur proditorie à Caball. *crim. res.* 104. *num.* 24. *cum*
seq. Raynald. *in observ. crim. cap.* 14. *num.* 299. *cum*
seq. & in Voto 168. *num.* 5. & in seculari puniuntur
pœna ultimi supplicii, secundum Fabr. §. Alia deinde,
Instit. de publ. Judic. Farinacium & alios cum Raynald. 63
in cit. voto 168. *num.* 5. Reliqua de furtis famulorum vi-
de *verb.* Famulus.
Parentes, qui quantitatem notabilem surripiunt ex 64
bonis, quorum filii habent dominium, & administra-
tionem, ut sunt bona castrensia, aut quasi castrensia,
si ipsi filii sint rationabiliter inviti, peccant graviter,
& tenentur ad illorum restitutionem, sicuti extranei, *ar-*
gum. c. Qui abstulerit 6. *caus.* 12. *q.* 1. *& leg.* 2. Cas-
trense *ff. de peculio castrensi*, vid. *verb.* Bona *art.* 4. In
dicto enim casu de facto rem alienam accipiunt invito
rationabiliter domino, adeoque &c. *Communis.* Filii etiam 65
peccant mortaliter, si quantitatem notabilem surripiant
ex illis bonis, quorum dominium, vel ususfructus spec-
tat ad patrem; *Prov. enim* 28. sic expresse habetur: *Qui*
subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non
esse peccatum, particeps homicidæ est; *Communis.* Reli- 66
qua de furtis filiorum, vid. *verb.* Filius, *verb.* Bona *art.* 4.
Maritus peccat graviter cum onere restitutionis, si dissi- 67
pet, & dilapidet bona uxoris paraphernalia, dotalia,
immo & communia sine ejus licentia; *leg.* Hac leg. *Cod.*
de pactis conventis. Vid. verb. *Bona art.* 4. Sic etiam uxor 68
graviter peccat, si ex bonis, quorum dominium, aut ad-
ministrationem habet maritus, quantitatem notabilem
surripiat rationabiliter ipso invito; *Communis.* Unde me-
rito à Clero Gallicano *anno* 1700. condemnata fuit se-
quens propositio: "Potest uxor viro surripere pecuniam
„etiam ad ludendum, si mulier talis sit conditionis, ut
„ludus honestus pari loco cum alimentis, & victu ha-
„betur." Reliqua de uxore quoad bona mariti, vide *verb.* 69
Bona *art.* 4. Religiosi surripientes de bonis monasterii 70
quantitatem notabilem, duplex peccatum mortale incur-
runt, unum furti contra justitiam, & alterum proprie-
tatis contra votum paupertatis; *Communis.* Et ratio est, 71
quia quamvis Religiosi sint in monasterio, quasi filiifa-
milias, immo & illius membra, quia tamen ratione voti
paupertatis sunt omnis propietatis incapaces, ideo quid-
quid surripiunt invito rationabiliter Prælato, furtum est,
& actus proprietatis. Eadem autem quantitas requiritur,
& sufficit in Religioso ad furtum mortale, & mortalem
transgressionem voti paupertatis, quæ sufficit ad furtum
mortale secularium, exceptis tamen esculentis, & pocu-
lentis in quibus, quia Superior ordinarie magis invitus est
quoad modum, quam quoad substantiam, major requiri-
tur quantitas ad mortale; *Communis* Doctorum sententia
apud Molinam *disp.* 86. Sanchez *lib.* 7. *moral. c.* 20. *n.* 5.
Layman *lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 1. *cap.* 1. *q.* 5. Sporer *l. c.*
num. 62. ubi subjungit, quod in hac communi sententia
damnatur Religiosus, si de bonis monasterii tenuis sur-
ripiat unum Florenum, & de bonis monasterii opulen-
ti surripiat ducatum.
Res furtivæ inventæ apud furem à Judice apprehen- 72
sum, non Fisco, nec Judici, nec Officialibus ejus, sed
domino restitui debent, non obstante consuetudine, aut
statuto contrariis; Sic expresse declaravit Carolus V.
in constit. crimin. art. 207. & Fridericus I. *leg. in rece-*
su 1559. qui ambo etiam statuta, & consuetudines con-
trarias tamquam veros abusus, & corruptelas Juri di-
vino, & naturali contrarias reprobarunt. Et revera ini-
quum, & Juri naturali contrarium est, quod quis cum
jactura alterius locupletetur, & Domini res sine facto,
& consensu illius in alium transferantur; *l.* Nam hoc 14.
ff. de condict. indeb. ibi: *Nam hoc naturæ æquum est, ne-*
minem alterius detrimento fieri locupletiorem; *Et cap.* Lo-
cupletari 46. *de Regul. Juris in* 6. ibi: *Locupletari non*
debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura. Sicuti etiam
omnino iniquum, & rationi naturali contrarium est ex
facto unius alterum prægravari, & delictum unius in
alterius perniciem trahi, *leg.* 1. *ff. de alien. Jud. mut.*
caus. ibi: *Omnibus modis Proconsul id agat, ne cujus de-*
terior causa fiat ex facto alterius. Qui rem alienam alicu- 73
bi inventam accipit animo retinendi, & domino compa-
ren-

renti non restituendi, vere furtum facit, & actione fur-
ti tenetur, textu expresso *in leg.* Falsus 43. §. 4. *ff. de*
furtis, ibi: *Quid alienum qui jacens lucri faciendi causa sus-*
tulit, furti obstringitur, sive scivit, cujus sit, sive ig-
noravit; nihil enim ad furtum minuendum facit, quod,
74 *cujus sit, ignoret.* Hinc si quis aliquam rem invenit ig-
norans cujus sit, tenetur de rei domino debite, & suf-
ficienter indagare, *v. g.* per promulgationem ex cathe-
dra, vel per præconem, vel per schedulam publico loco
affixam juxta qualitatem, & æstimationem rei inventæ,
aliter, si hanc indagationem omittat, & rem retineat,
furti tenetur, *arg. leg.* Falsus 43. §. 4. & 7. *ff. de furtis,*
quia animo retinendi fraudulenter eam accepisse cense-
tur. Si autem post dictam, vel consimilem diligentem
indagationem nulla amplius spes de domino comparituro
appareat, probabilius tenetur hujusmodi rem inventam
pauperibus, vel ad pias causas erogare, cum hæc cre-
datur voluntas domini; Sic S. Thomas 2. 2. *q.* 66. *art.* 5.
ad 2. Covarrubias *Regula* Peccatum *part.* 3. §. 1. *n.* 2.
Navarrus *in Manual. cap.* 17. *num.* 171. Molina *de Jus-*
titia, & Jure tract. 2. *disp.* 746. & alii passim contra
aliquos contrarium sustinentes cum Reiffenstuel *lib.* 5.
decret. tit. 18. *num.* 20. 21. & 22. Vide *verb.* Dominium
art. 3. ubi abunde de his, & similibus.

75 Fur pyxidis in Ciborio, in qua servatur SS. Eucha-
ristiæ Sacramentum, spargens particulas in Ciborio, be-
ne, & valide fuit ab Episcopo extractus ab ecelesia, &
causa remittitur ad S. Officium; Sacr. Congr. Immun. *in*
76 *Lucana* 2. *Dec.* 1681. *lib.* 2. *decr. Alt. pag.* 2290. Et qua-
tenus Sac. Congr. S. Oficii renuat procedere in hac cau-
sa, Episcopus procedat ipse juxta suas ordinarias fa-
cultates; *In eadem* 23. *Januarii* 1682. *lib.* 3. *dec. Altov.*
part. 8. (*Vid. verb.* Forum. *in add. hisp.*)

77 Fur pyxidis cum indecenti projectione SS. Sacra-
menti in terram, mandante Sanctissimo, cum istud sit
crimen læsæ majestatis divinæ, & hæresis, consigna-
tur à curia ecclesiastica, in cujus foris existit, curiæ
seculari condigne puniendum; Ead. Sac. Cong. Immun.
in Syracusana 6. *Aprilis* 1692. *lib.* 1. *Decr. Paul. p.* 132.
Et sic statuit etiam Innocentius XI. constit. 1. *incipient.*
Ad nostri Apostolatus auditum.

78 Mandatur Archiepiscopo, ut extrahat à loco immu-
ni furem Sacrilegum pyxidum à Tabernaculo, ac reti-
neat in carceribus Ecclesiasticis, etiam adhibita particu-
lari custodia, conficiat processum, ac transmittat; Ead.
Sacr. Cong. Immun. *in Neapolitana* 22. *Jan.* 1697. *lib.* 2.
Decr. Vallem. p. 71.

79 Furans vero pyxidem, seu vas sacrum gaudet im-
munitate eccles. si tempore furti non extet in pyxide
sanctissimum Eucharistiæ sacramentum; Eadem Sacr.
Congr. *in Squillacen.* 26. *Maji* 1632. *lib.* 2. *Decr. Paul.*
80 *p.* 128. Sic quatenus constet particulas repertas apud
furem sacrilegum non esse consecratas fur restituendus
est ecclesiæ, de rebus vero furto sublatis Episcopus dis-
ponat prout juris; Eadem Sacr. Congr. Immunit. *in Eu-*
gubina 3. *Februarii* 1673. *l.* 1. *Decretal. Altoviti p.* 895.

81 Fur rerum sacrarum, & signanter pyxidis, sine ta-
men particulis, pacifice, & quiete degens in loco furti
gaudet Immunitate; sed annuente Sanctissimo condem-
natur ad pœnam extraordinariam exilii; Eadem Sac.
Cong. Imm. *in Civitatis Castellanæ* 10. *Junii* 1681. *lib.* 1.
82 *Decr. Alt. p.* 2204 Item furans in ecclesia argenta, &
alia pretiosa B. M. V. oblata de rigore non privatur Im-
munitate, ex licentia tamen Sanctissimi potest puniri
pœna triremium; Ead. Sacr. Cong. Immun. *in Placenti-*
na 21. *Nov.* 1635. *lib.* 2. *Decr. Paul. p.* 238. *in Mantua-*
na 14. *Novem.* 1645. *lib.* 3. *Decretal. Paul. p.* 264.

83 Fur sacrilegus quatuor lampadarum argentearum in
ecclesia, & postea confugiens ad aliam ecclesiam, &
deinde exiens ab ista tempore quo Baroncellus edita
opera eum expectabat, ut carceraret, sicuti de facto
carceravit, gaudet Immunitate: Sed mandante Sanctis-
simo retinetur in carceribus ecclesiasticis & conficitur
processus à curia episcopali, attentis gravibus delicti
circumstantiis; Eadem Sac. Cong. Immun. *in Spoleta-*
na 3. *Jul.* 1674. *lib.* 1. *Decr. Alt. p.* 963.

84 Furans in ecclesia gaudet Immunitate, sed potest
puniri aliqua pœna leviori; Eadem Sac. Congr. Immun.
in Squillacen. 18. *Mart.* 1631. *lib.* 2. *decretal. Paul. p.* 100.

Simplices fures gaudent Immunitate, adeoque sunt 85
restituendi Ecclesiæ; Eadem Sacr. Congr. Immun. *in So-*
rana 15. *Januar.* 1697. *lib.* 2. *Decretal. Vallem. p.* 133.

Sed merces, & pecuniæ restituantur integre, reser- 86
vatis juribus reprehendendi alimenta præstita furibus car-
ceratis, quibus de jure: Eadem Sac. Cong. Immunit. *ib.*

Cum facultate Sac. Congr. possunt extrahi fures ab 87
ecclesiis ad correctionem, quando reperiuntur actualiter
furantes; Eadem Sac. Cong. Immun. *in Urbevetana* 5.
Junii 1694. *lib.* 1. *Decret. Vall. pag.* 127. Curia episco- 88
palis non potest absque dicta facultate extrahere fures,
nec res furto sublatas; Eadem Sac. Congr. Immun. *in*
Perusina 1. *Martii* 1695. *dict. lib. pag.* 176. Neque ad 89
effectum vitandi popularem tumultum; *ibidem.* Et si ex- 90
traxerit, Sac. Congreg. mandat Episcopo, ut faciat res-
titui; *ibid.*

Episcopus cum facultate apostolica potest extrahere 91
res furto sublatas, dummodo non permittat consignari
judici laico pro corpore delicti; Eadem Sac. Congreg.
Immunit. *in Ravennaten.* 5. *Novembris dict. An. & lib.*
pag. 227. Verum jussu Sanctissimi injungitur Episcopo 92
Faventino, ut consignet curiæ legationis Ferrarien. sep-
tem fures detentos in suis carceribus una cum processu
contra illos formato cum solita præservatione; Eadem
Sac. Cong. Immun. *in Faventina* 17. *Aprilis* 1694. *lib.* 1.
Decret. Vallem. pag. 119.

In causa furti nocturni cum qualitate *di scalata*, ut 93
dicitur & cum fractura portarum, jussu Sanctissimi da-
tur Legato Urbini facultas examinandi Cancellarium
Vicarii Foranei, ac procedendi contra eum, si culpa-
bilis reperiatur; Eadem Sac. Cong. Immun. *in Urbina-*
ten. 25. *Maji* 1694. *dict. lib. p.* 123. Deinde idem Sanc- 94
tissimus præcepit dict. Episcopo, ne ulterius procedat
in eadem causa, sed procedat tribunal Legationis; *In*
eadem 5. *Junii ib.*

Quamvis latro extractus gaudeat immunitate eccles. 95
attamen conceditur facultas Ordinario ipsum retinendi
aliquo tempore in carceribus pro exemplo aliorum, ac
attenta mala ipsius qualitate, & circumstantiis facti;
Eadem Sacr. Congreg. Imm. *in Pisana* 23. *Aug.* 1633.
lib. 2. *Dec. Paul. p.* 169.

Annuente Sanctissimo conceditur Ministris Montis 96
Pietatis Forolivien. ut possint offerre de pecuniis Montis
præmium scutorum 300. detectori, seu propalatori fur-
ti facti cum fractione mari in dicto Monte scuto-
rum 2500. ac etiam conceditur de mandato Sanctissimi
facultas Em. Legato promittendi impunitatem alicui
complici in delicto arbitrio Eminentiæ suæ; Ead. Sacr.
Cong. Immun. *in Forolivien.* 16. *Maji* 1697. *l.* 2. *Decr.*
Vallem. p. 80.

Fures rerum privatarum in compedibus vitam agere, 97
publicarum in auro, & purpura conspicuos incedere,
ait Cato *in sentent.* apud Ursayam *in* 1. *Miscellaneo sa-*
cro, & profano lit. F. num. 173.

☞ An civilis pœna dupli, vel quadrupuli prout fur- 98
tum erat manifestum vel non manifestum, à jure Ro-
mano statuta adhuc obtineat, negat Groenowegen. *de*
legib. Abrogat. Instit. tit. 4. *lit.* 1. §. 4. *n.* 1.

Quoad pœnam publicam eadem non est pro furto 99
cum violentia commisso, ac pro furto non violento.
Quoad vero ipsum furtum non violentum oportet distin-
guere, num sit primum, an secundum, an tertium. Va-
lor etiam rei furtivæ inspiciendus est in hoc furto non
violento. Tum illud videndum, an sit domesticum.
Vide de varia furti pœna publica, prout varium est ip-
sum furtum, egregie disserentem Stryk *in usu modern.*
Pandect. lib. 47. *tit.* 2. *fer. per tot.*

Illud breviter est examinandum, an pœna mortis 100
pro furto sit justa. Negant aliqui, quia nulla est pro-
portio inter pœnam hanc, & delictum. Addunt, quod 101
jure divino non pœna mortis, sed dupli, quadrupli &c.
solum in fures statuta est *Exod.* 2. *v.* 1. *seqq.* At affir-
mant Carpzov. *prax. crimin. quæst.* 77. Hoppius *in com-*
ment. ad §. 5. *Instit. de Obligat. quæ ex delict. nascunt.*
in usus hodiern. In irrogatione enim pœnarum non ad 102
de-

103 delicti quantitatem, id est ad rem circa quam delinqui-
tur, sed ad qualitatem, id est dolosam legis transgres-
sionem, & exinde propullantem turbationem societatis
104 humanæ respiciendum est. Hinc nullum dubium est, quin
105 pœna mortis pro justa haberi debeat. Quod vero atti-
net ad legem Mosaicam, quum ea in parte hæc, in qua
de furto disposuit, sit mere forensis, nihil impedit quo-
minus Princeps duriorem quoque pœnam circumstantiis
ita exigentibus furibus dictare valeat.

(Vid. *verb. seq.* ubi hic omissum inseritur.)

G

GABELLA, GABELLARIUS.

SUMMARIUM.

1 *Gabella unde dicta.*
2 *Gabella, dacia, talea, passagium, pontivegium, gui-*
dagium, & hujusmodi sunt species certi tributi, &
exactionis, & præcipuorum horum tributorum, &
exactionum nomina, & significata hic recensentur.
3 *Appellantur istæ exactiones, seu contributiones ali-*
quando tributum, & quare.
4 *Tributum stricte sumptum quid sit.*
5 *Tributum dividitur in ordinarium, & extraordinarium,*
& quid sit utrumque?
6 *Tributum adhuc dividitur in tributum, quod imponitur*
personis, & in tributum, quod imponitur rebus: qui-
bus nominibus distinguatur, ad num. 15.
16 *Ad justitiam gabellarum tres potissimum conditiones*
requiruntur, ad num. 20.
21 *Imponentes gabellas novas sine dictis conditionibus præ-*
ter restituendi obligationem, incurrunt excommuni-
cationem.
22 *Assignantur plures casus, in quibus Principes non*
solum gravissime peccant, sed etiam ipso facto ex-
communicationi subjacent, & ad restitutionem te-
nentur.
23 *Defraudantes gabellas peccant pro materiæ quantitate*
graviter, vel leviter, & ud restitutionem tenentur.
24 *Subditi, & quicumque alii negotiatores secundum gra-*
ves Doctores non obligantur in conscientia solvere
gabellas, antequam petantur ab Exactoribus.
25 *Affertur ratio pro nostra conclusione.*
26 *Non solum subditi, sed etiam exteri tenentur ad sol-*
vendas justas gabellas.
27 *Emens ab eo, à quo scit defraudari gabellas certò jus-*
tas, si vere cooperatur defraudationi, tenetur ipse
gabellam solvere pro venditore, secus si non coope-
retur.
28 *Quando certe. aut satis probabiliter constat gabellas*
in toto, vel ex parte injuste esse impositas, tunc po-
test quis eas, vel ex toto, vel ex parte subterfuge-
re, & defraudare. Immo potest insuper uti occulta
compensatione, casu, quo in foro externo cogeretur
ad solvendum.
29 *Quando est dubium de justitia gabellarum, sive du-*
bium sit negativum, sive positivum, non datur in
conscientia obligatio eas solvendi.
30 *Affertur, & solvitur instantia.*
31 *Affertur consilium gravium Doctorum pro praxi Con-*
fessariorum.
32 *Gabella antiquitus solvebatur ob translationem cada-*
veris de uno loco ad alterum, & id duravit apud Ro-
manos usque ad tempus Imperatorum Valentiniani,
Theodosii, & Arcadii.
33 *Prædicti Imperatores gabellam abstulerunt. Unde nunc*
de jure communi, quando corpora transferuntur de
uno ad alterum locum, ut ibi tumulentur in transitu
per oppida, vel parochias, seu in pontibus vecti-
gal, seu portorium, seu quamcumque aliam gabellam
nullimode exigere licet.
34 *Idem dicendum de parochis prætendentibus aliquam*
portionem, seu stipendium percipere in translatione
cadaveris per ipsorum Parochias.
35 *Gabellarii, seu Dohanerii exigentes gabellam in ex-*
cessu, tenentur ad restionetitum, & possunt puniri.
36 *Neque consuetudo præterita excusat.*
37 *Reliqua* usque ad num. 71. *satis summarie referun-*
tur in decretis adductis.

Gabella descendit à *Gabbia* voce Syriaca significante 1
publicanos, qui conducebant vectigalia exigenda, &
ministros eorum, apud Romanos quidem functionem
honestissimam, quæ non nisi equestri Ordini conferri so-
leret, apud Judæos autem, & Græcos infensissimam,
& pæne invidiosam, ut eorum libertati contrariam;
Spondan. *ad ann.* 31. *num.* 26. Nicol. *in Flosculis verb.*
Gabella *num.* 1. Gabella, dacia, talea, passagium, pon- 2
tivegium, guidagium, & similes voces, quæ apud Ita-
los sunt species certi tributi, & exactionis, nemo igno-
rat esse ab interpretibus è trivio sermonis italici collec-
tas; Lexicon Calvin. *verb.* Gabella:: Unde quia multi
sunt modi exigendi tributa, & hæc variantur ex per-
sonis, à quibus exiguntur, ex rebus, de quibus solvun-
tur, ex titulis, propter quos petuntur, ex tempore, ex
loco, ex quantitate, & aliis pluribus circumstantiis;
ideo innumera videntur esse genera tributorum veterum,
& novorum, quorum præcipuorum nomina & significa-
ta ad uberiorem notitiam hic recensentur.

Appellantur igitur istæ exactiones, seu contributio- 3
nes aliquando *Tributum*, sic dictum à contributione, vel
ex eo, quod militibus tribuatur; Ulpian. *de verb. sig-*
nific. leg. 77. *in fin.* & Festus *lib.* 17. Lexicon Calvin. *verb.*
Tributum:: Unde tributa postquam Augustus cum po-
pulo provincias partitus est, appellari cœpta sunt, quæ
bello victæ provinciæ populo quotannis pendebant; Le-
xicon Calvin. *loc. cit.* Tributum stricte sumptum est pen- 4
sio, quæ subditis imponitur principi solvenda ad hoc,
ut statum suum tueri, & communibus utilitatibus, ac
necessitatibus congrue prospicere possit; *Est in re com-*
munis. Dividitur *in ordinarium*, & *extraordinarium. Or-* 5
dinarium est, quod singulis annis ad dictum finem ex
lege nova, vel antiqua in certa quantitate solvitur. *Ex-*
traordinarium est, quod non in singulis annis, nec aliis
certis, ac determinatis temporibus, sed ingruentibus ex-
traordinariis necessitatibus ex mandato Principis juxta
determinationem ejusdem à subditis solvi debet, prout
plerumque fit tempore belli. Hujusmodi extraordinaria
tributa alia vocantur *exactiones*, Talea, seu Taleæ, ita
ut horum omnium nomine aliud non significetur, quam
extraordinaria *pensio*, seu *tributum*, ut Alciat. super
verb. Extraordinarium *in leg. Placet de Sacrosanct. Ec-*
cles. Calvin. *in Lexico Juridic. verb.* Talea:: ubi etiam
dicit, quod Talea pro exactione est barbarum prorsus vo-
cabulum, natum è schola imperitorum latinatis, cui
multa id genus similia debemus. Tributum adhuc subdi- 6
vitur in duo membra. Unum est, quod singulis perso-
nis, seu capitibus, nulla habita ratione facultatum, po-
nitur, & *captivatio* vocatur, cujus impositio modica so-
let esse, cum à singulis etiam minimæ fortunæ famulis,
& famulabus præstetur. Alterum vero, quod secundum
æstimationem bonorum, quæ quivis possidet, taxatur,
& imponitur; *leg.* 3. *ff. de censibus, leg.* 42. *ff. de pact.*
leg. 32. *in fin. de usufruct.*

Aliquando *Vectigal*, quod est id, quod rebus civi- 7
tati invectis, vel evectis publico solvitur; Alciat. *in com-*
ment. ad leg. Inter publica *ff. de verb. signific.* Calvin. *in*
cit. Lexico verb. Vectigal. Vectigalium jus proprie dici-
tur redditus, qui Principi, vel Reipublicæ pro evectio-
ne, & invectione mercium in compensationem salvi con-
ductus, ac reparationem viarum, ac pontium in certo
lo-